Regensburg, Ende 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25976
Copyright: Admont, Benediktinerstift



motu ferunt. Cogitatio semper vago motu de uno ad aliud transit. Meditatio circa unum aliquid per studium ante tendit. Contemplatio subuno intuitus radio ad unum se diffundit. Intelligentia si quid sui mentis unum in se extendi potest. Quia contemplationis animi acies acutior et capax fit ad multa capienda et perspicax ad subtilia penetranda. Numquid enim contemplatio potest esse sine quadam unitate intelligentie. Sicut enim intelligentia id quod oculis mentis in corporeis figit et sic excedit ut esse constat quod subuno intuitu ireb; corporeis adhuc infinita comprehendenda dilatat. Denique quanto contemplatus animum dilatatur ad ima quanto elevat ad summa quanto acutior ad inserutabilia quanto agilitate miranda pene absque mora rapit ad unum. Exquisita intelligentia hoc esse non dubitat. Hec propter illos ducta sit quia usta inferiora subintelligentie aspectu cadere et ad contemplatione usque quaque pene indignum ducit.

Speculativi vero quia ipse contemplatio dicitur quia sublimib; habet studium animum pura intelligentia unit. Semper autem contemplatio est inreb; et per studium naturam manifestius et per studium familiarius nouit et exduuina reuelatione perspicuius. Diffinitio singulis contemplationis meditationis que

cogitationis.

Videtur itaq; sic diffiniri posse. Contemplatio est libera mentis perspicacia. Insapientie spectacula cum admiratione suspensa. Delectat sic perpetuo illi nri temporis theologo placuit. Quia eam hec tria diffinuit. Contemplatio est perspicax et liber animi contuitus. In res perspiciendas usq; quaq; diffusus. Ostendit autem est puritas animi obtutus. Inuestigatus inquisitione uehementer occupat. Cogitatio autem est impudens animi respectus. Ad euagationem pronus. Videtur itaq; in rebus esse commune et quasi substantiale. Quedam animi respectum esse. Ubi enim nullum hoc recte dicitur esse affirmatur. Commune est autem tam contemplationi quam meditationi circa multa occupari. Et insapientie et scientie studius maxime immo assidue usari. In hoc sane solet maxime a cogitatione differre. Quia se singulis pene motus consueuit. Ad inepta et friuola relaxare. Et sine ullo discretionis freno ad ima se ingere et perpetue dare. Commune id est contemplationi et cogitationi libro quedam motu et sedem sponte nacti nutui huc illuc que diffluidue circumferri et nullo difficultatis obstaculo a discursionis sue impetu impediri. Differt autem ueo ipso maxime a meditatione cui studii est semper quasi industrie labore. Quibet animi difficultate. Ardua que